



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 6. Albusonii Legatio ad Papam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tur Magistri hujus Nomen, ejusdemque Sæcul. XV.
 in illos merita, hac epigraphe expressa: A.C. 1485.
Dominorum Chii Reverendissimo Petro
d'Aubusson Magistro Rhodi de se optime
merito. Verum nec hic stetit Albusonii
 stadium, quo fœderis initi fiducia fretus
 Bajazethis ferociam a Christianis averte-
 re conabatur; nam insuper auctoritate,
 suisque consiliis Sultanum cohibuit, ne
 ex Helesponti freto in excidium Italiæ
 erumperet.

§. VI.

Albusonii Legatio ad Papam.

Magnus ille Rhodiorum Magister de *Bosius ibid.*
 tam felici successu Innocentium cer- *part. 2. lib. 14*
 tiorem fecit, misso hanc in rem Guiliel-
 mo Caturicensi Equite, qui in publico Pa-
 trum Senatu præsentibus cunctis Cardi-
 nalibus perhonorifice exceptus, admo-
 dum prolixam declamabat orationem,
 qua Rhodiorum merita Christianæ Rei-
 publicæ impensa fufius deprædicabat,
 nec non commissa feliciter ab Equitibus
 cum Turcis post captam Constantinopo-
 lim prælia commemorabat, fractosque
 de Italia invadenda Barbarorum cona-
 tus describebat, tandem subjungens,
 Achmetem Bassam e vivis sublatum, e-
 jusque obitum plurimorum saluti fuisse.
 Denique Pontifici Rhodiorum Insulam,
Hist. Eccles. Tom. XXX. Q cum

Sæcul. XV. cum Patrem ejus genuisset, impense con-
 mendans orationi suæ finem imposuit
 A.C. 1485. Innocentius Legatum dilaudatis eju-
 dem obsequiis perbenigne dimisit, eju-
 dem literas die vigesima tertia (*) Apud
 præsentis anni datas tradidit, quas ad
 busonium magnum Rhodiorum Ma-
 gistrum deferret.

§. VII.

*Alie Legationes ad eundem
Papam.*

*Onuphr. in
Innoc. VIII.* Non modo Rhodii hoc anno Inno-
 centio VIII. obedientiam deferebant, sed
 etiam Franciæ, Angliæ, & Daniæ Re-
 ges, Mediolani & Britanniæ Duces, Ber-
 tholdus Moguntiæ, & Joannes Tre-
 vis Archiepiscopi, ambo S. R. Imperii
 lectores, necnon Genuensium Respubli-
 ca hanc in rem Oratores decernebant.
 Hos omnes summus Pontifex haud
 minus benignis benevolentiae signis excipiens,
 mutuam concordiam hortabatur, summa
 que innumera bellorum incommoda
 proponens dicebat: *In bellis violantur tem-
 pla, summi Dei cultus intermittitur, vi-
 bes diripiuntur, & virgines suprantur, &c.*
 & ejusmodi, inquit Onuphrius, sæpe rep-
 tetur.

(*) Apud Raynaldum data legitur
 litera die 22. Aprilis.